

teruentum accepit, licet enim ille pœnitens interiorum cordis dispositionem potuerit per nuntium indicare, dubitare tamen merito potest. an, dum postea absolvit, sit in eadem animi affectione: cum homo quamdiu est in via, sit obnoxius mutabilitati, unde fieret aliquando, ut reus eo instanti absolveretur, quo daret illicitæ rei operam; hæc est congruentia, in qua fundatur praxis Ecclesiæ non absolventis absentem.

*Q. Qualis requiratur præsentia ad suscipiendam absolutionem?*

*R. Non esse necessariam præsentiam omnino physicam, ut nempe pœnitens proximè assistat absolventi, sed sufficit præsentia moralis, qualis est quando absolvendus approximatur Confessario intra tale spatum, intra quod solent communi voce etiam altiori homines cum hominibus colloqui, quali nempe præsentia soleat uti Judex forensis pronuntians sententiam contrà aliquem reum, talis enim præsentia censetur sufficiens in hoc Sacramento, quod institutum est per modum judicii.*

## DISPUTATIO XXXVI.

*De neganda vel differenda absolutione.*

Potestas Ecclesiastica ligandi & solvendi sive pro foro conscientiæ tantum in Sacramento pœnitentia sive etiam pro foro externo per leges, Censuras &c. intelligitur nomine clavum, secundum quod autem claves competit Sacerdotibus, qui in Sacramento pœnitentia Judices sunt, alia est clavis scientiæ, per quam auctoritatè potest interrogare pœnitentem examinando peccatoris causam ejusque dispositionem indagando. Alia est clavis potestatis, per quam potest super peccatore ferre sententiam, ipsum vel absolvendo vel indispositum ad absolutionem pronuntiando.

Priusquam de hujus potestatis exercitio ulterius tractetur præmittendæ sunt propositiones. Quenelli 87. Modus plenus sapientiæ lumine & charitate est, dare animabus tempus portandi cum humilitate & sententiæ statum peccati, petendi Spiritum penitentia coniunctionis & incipiendi ad minus satisfacere justitiae Dei antequam reconciliatur. 88. Ignoramus, quid sit peccatum & vera penitentia, quando velamus fratrem restituimus possessioni bonorum illorum, quibus nos peccatum spoliavit, & derrectamus separationis istius ferre confusionem. 89. Decimus quartus gradus conversionis peccatoris est, quod cum iam sit reconciliatus, habet ius assistendi sacrificio Ecclesia: quibus propositionibus indifferenter peccantes sive ex fragilitate sive ex consuetudine aut pura malitia arcentur ab absolutione statim percipienda. abbreviatur manus Domini, quasi illa non soleat etiam citè dare peccatoribus Spiritum penitentiaz, odiosum redditur Sacramentum penitentiaz, peccatores ad differendam reconciliationem cum Deo, & non ad velocem penitentiam incitantur, opera satisfactoria requiruntur absolutioni præmissa, plurimis bonis spiritualibus privantur peccatores, quibus etiam assistentia sacrificii missæ prohiberi posse indicatur, donec ad nominatum conversionis gradum pervenerint, quæ omnia cum scandalosa & universalis Ecclesiæ praxi contraria sint, merito sunt damnata, his igitur rejectis videndum est, quando vel absolute neganda vel differenda sit absolutione.

## Q U A E S T I O I.

*An Confessarius tenetur semper absolvere?*

**D**ICO. Semper usus clavium ad hoc, quod effictum habeat, requirit preparationem ex parte recipientis Sacramentum S. Th. in suppl. Q. 18.

**A. I. O.** Sive non tenetur, imo non potest, Sacerdos semper absolvere.

Pro-

DE N  
Probab  
lectum ad  
potest absolu  
m sacramenta  
veriam aut d  
ionem nen  
ra præterita  
non reperi  
catum pra  
nitate Pau  
penitent  
genter S.  
ganda su  
incapace  
adia vel  
reflexu  
re, au  
melius em  
dederunt,  
proximi fa  
x quo diffi  
nestas piet  
re, qui ii  
scire necel  
vel ratione  
dia adhiber  
necessaria,  
quia qui non  
finem , ad  
tur; ergo qu  
zur adhuc vel  
exterioris militie  
solvendis faci  
eminentissimi  
non essent Do

De NEGANDA VEL DIFFERENDA ABSOLUT. 183

Probatur: Iapè advertit Sacerdos in confitentibus affectum ad peccatum, sed hos non tenetur, immò non potest absolvere: quia sacrilegus est, qui profert formam Sacramenti tunc, quando certum est, deesse materialiam aut dispositionem absolute requisitam, contributionem nempe, quæ ut vera sit, debet includere vitæ præteritæ odium & propositum vitæ novæ, quæ non reperiuntur in eo, in quo adhuc affectus ad peccatum prædominatur, unde rituale Romanum auctoritate Pauli V. editum in constitutione de Sacramento pœnitentiæ serio Confessarium admonet, videat diligenter Sacerdos quando eis quibus conferenda vel neganda sit absolutio, ne absolvat eos, qui talis beneficii incapaces. Tales sunt qui nulla dant signa doctoris, qui adia vel inimicities deponere, aut aliena, si possunt refutare, aut proximam occasionem peccandi deferre, aut alio modo peccata derelinquere eis vitam in melius emendare nolunt, aut qui in publico scandalum dederunt, nisi publicè satisfaciant. Adde: qui illatam proximi famæ injuriam resarcire aut nolunt aut plus aquo differunt, qui instrumenta peccatorum ut in honestas picturas, libros impudicos &c. nolunt dimittere, qui in earum rerum ignorantia versantur, quas scire necesse habent vel ratione professionis Christianæ vel ratione status & artis, quam profitentur, qui remedia adhibere renuunt, quæ à Confessario judicantur necessaria, ut pœnitens temperet deinceps à peccatis, quia qui non vult media non censetur efficaciter velle finem, ad cuius consecutionem necessaria judicantur; ergo qui non vult uti mediis necessariis, censetur adhuc velle interius peccatum, licet illud se detestari exterius nullies proficeretur, nimiam autem in his absolvendis facilitatem meritò deplorare possumus verbis eminentissimi Cardinalis Bellarminis: isti, qui quasi non essent Domino rationem reddituri summâ facilita-

te omnibus manum imponunt, suâ imperitiâ & superbiâ corruptunt populos, & iis veræ pœnitentia viam præcludunt, non enim esset hodie tanta facilitas peccandi, si non etiam tanta facilitas absolvendi; hic referri debent ii, qui in proxima occasione peccandi constituti eandem tamen deserere nolunt. De quibus

*Nota:* occasio peccandi est circumstantia extrinseca, quæ est causa peccati vel circumstantia extrinseca, in quâ aliquis peccat, extra eam non peccaturus, vel denique, ut alii delctibunt, circumstantia extrinseca, in quâ est periculum peccandi v.g. sancto Petro assistentia in domo Caiphæ ad ignem & interrogatio ancillæ erat occasio negandi Christum: quia erant circumstantiæ extrinsecæ moraliter causantes negationem Petri, si enim Petrus extrâ hanc circumstantiam fuisset, Christum non negasset, ergo erat causa extrinseca negationis; occasio alia est remota, alia proxima, remota est, ad quam potius ex mera peccantis malitiâ & fragilitate, quam ex inductione occasionis interdum peccatum sequitur, quam etsi Charitas & propriae salutis amor quandoque nos fugere jubeat, non tamen de illâ ullum præceptum generale, quemadmodum de occasione proximâ, extat, nam alioquin nos oporteret de mundo exire, ut Apostolus loquitur, cum omnes res creatæ post peccatum nobis sint occasio multorum peccatorum, quin & ipsæ res sanctissimæ ut oratio &c. ex nostra malitia in occasionem peccati v.g. voluntariæ distractionis nobis vertuntur: occasio proxima juxta plures definitur: Circumstantia extrinseca, in quâ homo ferè semper peccat. Quæ definitio si itâ intelligatur. quod definat occasio aliqua esse proxima, dum in eâ frequentius non peccatur, quam peccetur, etsi peccetur frequenter v.g. quotidie conversans cum muliere, dum nonnisi bis vel ter in hebdomadâ graviter cadit, si dicatur non versari

De N  
in occasio  
peccet qua  
dicitur, q  
mine) illa  
tæpè peccat  
accidens,  
peccatum in  
corruption  
et illud ad  
domus su  
quis saepi  
cum mul  
per acci  
ducit qu  
in aliquo  
nam in h  
altero sex  
homine a  
in homin  
proxima p  
omnes sed  
etiam del  
rum inut  
rigeret,  
ad luam pi  
*Occasio*  
& involunt  
parare poter  
quam haber  
peccandi vid  
est, à quâ se  
vidi potest in  
moraliter, in  
modo expedi  
teus in Carce

in occasione proximâ , eo quod minus frequenter peccet quam non peccet, est nimis laxa, melius ergo dicitur, quod occasio proxima (ut non sit lis de nomine) illa dicatur , in quâ quis frequenter aut valde lèpè peccat , alia est occasio proxima per se , alia per accidens , proxima per se est , quæ ex natura sua ad peccatum inducit , aut quæ supposita humanae naturæ corruptione ex le apta est ad causandum peccatum , licet illud actu semper non sequatur v.g. frequentatio domus suspectæ , cohabitatio cum personâ , cum quâ quis saepius peccavit carnaliter , conversatio frequens cum muliere vel adolescente perdito ; occasio proxima per accidens est , quæ ad peccatum ex se ipsâ non inducit quidem , sed tantum habita ratione dispositionis in aliquo particulari subjecto v.g. ingressus in tabernam in homine ebrioso , conversatio frequens cum altero sexu in adolescente lubrico , officium Judicis in homine ad justè judicandum inepto officium medici in homine artis medicæ ignaro ; vocatur hæc occasio proxima per accidens : quia non est proxima relata ad omnes sed tantum respectivè ad quosdam , quibus etiam desineret esse occasio proxima , si dispositio illorum mutaretur , puta si ebriosus vitium ebrietatis corrigeret , si Judex ille vel medicus scientiam requisitam ad suam professionem sibi compararet.

*Occasio proxima* ulterius dividitur in *voluntariam* & *involuntariam*; *voluntaria* est , à quâ se quis separare potest , ut herus , qui peccat cum muliere , quam haber in domo , potest occasionem proximam peccandi videlicet mulierem dimittere , *involuntaria* est , à quâ se quis separare non potest , quæ rursus dividì potest in *involuntariam physicè* & *involuntariam moraliter*, *involuntaria physicè* est ea , à qua se quis nullo modo expedire potest , talem occasionem potest habere deus in Carcere , in quo est inclusus vel in Triremi ad

quam

quem est condemnatus : occasio involuntaria moraliter duas species habet , prima est occasio quæ deserit non potest ablique peccato vel semper vel ad tempus : ut maritus & uxor , qui sibi invicem sunt occasio proxima peccandi , operarius qui ad tempus obligatus per contractum , occasionein proximam invenit apud herum , quem si desereret , damnificaret . Secunda est occasio , quæ absque gravissimo damno deserit non potest , hujusmodi est , in qua est homo , cui suus status est occasio proxima peccandi , quem statum si desereret v.g. ad mendicitatem aut calamitatem maximam deveniret . Denique occasio proxima dividit potest in eam , quæ est in nobis per habitus pravos , quos contraximus per peccata præterita , qualis esse sollet in hominibus depravatis per mollesiem , & hæc occasio , quia intrinseca est & à nobis inseparabilis , reducitur ad consuetudinem peccandi & occasionses phisè involuntarias . & in eam , quæ est extra nos , vel occasio extrinseca , de qua fuerunt præcedentes definitiones & divisiones . Pro facilitiore resolutione qualiter se Confessarius in absolvendo constitutos in occasione proxima peccandi gerere debeat : adduntur propositiones in hac materia à sancta sede damnata ab Alexandro VII. damnata 41. Non est obligandus concubinarius ad ejiciendam concubinam , si hec nimis utilis esset ad oblectamentum concubinarii , dum deficiente illâ nimis agrè ageret vitam & alia famula nimis difficultè inveniretur ab Innocent. XI. damnata 61. Potest aliquando absolvi , qui in proximâ occasione versatur peccandi , quam potest & non vult dimittere , imo directè & ex proposito querit aut ei se ingeneria . 62. Proxima occasio peccandi non est fugienda , quando causa aliqua utilis aut honesta non fugiendi occurrit . 63. Licitum est querere directè occasionem proximam pec-

De  
peccandi  
proximi  
Q. Q.  
in occasio  
B. I. D.  
in voluntaria  
test , est o  
tas . Cui  
lem occasi  
offenden  
vel com  
riuntur  
ei propri  
ad pecc  
peribit i  
casionem  
adhuc a  
præcipu  
castitatis  
beat , ut  
impletur  
me , rat  
potest fa  
mam vol  
hucusque  
cum ab oc  
posset , ne  
scientia consi  
cationem de  
peccatis se in  
2. Qui es  
involuntaria,  
remediis à ce  
lum telapsūs  
temotam ; q

DE NEGANDA VEL DIFFERENDA ABSOLUT. 187  
peccandi pro bono spirituali vel temporali nostro vel  
proximi His notatis

Q. Qualiter Confessarius se getet erga illum, qui  
in occasione proxima peccandi constitutus est?

R. 1. Nullus pœnitens, qui est in occasione proxima voluntariè nec paratus est illam deserere, absolvit potest, est communis post allatas propositiones damna-tas. Cujus Ratio est: quia, qui non vult deserere talem occasionem, exponit se periculo Deum graviter offendendi non aliam ob causam, quam commoditatis vel coimodi proprii, quæ in ejusmodi occasione reperiuntur, atque ita tempore aliquid ipsi Deo & saluti propriæ præponit, & consequenter retinet affectum ad peccatum juxta id Eccl. 3. Qui amat periculum peribit in illo. Quod si pœnitens promittat talem occasione proximam voluntariam deserere, non verò adhuc actu deserat, est consultius & fortè debitum, præcipue si occasio proxima voluntaria sit in materia castitatis: ut si herus talem occasionem in ædibus habeat, ut differatur absolutio, usque dum promissum sit impletum: quia cum occasions hujusmodi difficultime, raro & non sine molestiâ deserantur, nunquam potest facile judicare confessarius in pœnitente esse firmam voluntatem deserendi hanc occasionem, quam hucusque non deseruit, sed suspicari potest, quod cum ab occasione ante confessionem separate se, dum posset, neglexit, adhuc velit illi adhærere; & experientia constat, quod ferè nunquam tales absoluti occasionem deserant, sed iterum eisdem & gravioribus peccatis se implicent.

2. Qui est in occasione proximâ peccandi physicè involuntaria, absolvendus non est, nisi sit paratus uti remediis à confessario præscribendis, quibus periculum relapsûs tollat, & ita ex occasione proximâ faciat remotam; quod si remediis illis uti promiserit, nec ta-

men

men cum aliquâ emendatione applicaverit , differenda est absolutio . Eadem ratio tenenda est circa illos , qui sibi ipsis sunt occasio proxima peccandi per consuetudinem : cum enim occasiones istæ similes sint occasionibus physicè involuntariis : sunt enim occasiones hæc in ipso peccatore , qui se ab ipsis separare non potest , differenda est absolutio usque dum videatur emendatio ex præscriptis remediiis . *Ratio est :* quia tunc non differtur absolutio ex eo , quod peccator in tali occasione permaneat : non enim peccat permanendo in occasione , cum illa sit involuntaria , & in illâ maneat necessariò , sed ex eo , quod hucusque non adhibuerit sufficientem conatum ad occasionem illam proximam superandam , & quamvis illa occasio in se non sit voluntaria , est tamen voluntaria in quantum proxima , & ideo quamdiu non vult seriò efficere , ut non amplius sit proxima , habet affectum ad peccatum , & consequenter non est dispositus ad absolutionem .

3. Si occasio proxima sit involuntaria moraliter ; quia deseriri non potest absque damno notabili temporali in famâ , bonis fortunæ , amissione statûs , prius quam illam pœnitens deserere cogatur , debet confessarias prius remedia illi malo curando idonea adhibere , ut exploretur : an aliâ viâ curari possit & ab illâ occasione tolli periculum proximum peccandi , & ita occasio proxima converti in remoram , si remedia illa non prosint , nec appareat emendatio , neganda est absolutio , usque dum occasio deseratur , non obstante quo-cunque damno temporali . *Ratio est :* quia pœnitens suam fragilitatem expertus & remediiis sibi præscriptis frustrâ usus censendus est velle peccatum , si non deserat occasionem , quæ in peccatum velut quâdam necessitate illum præcipitat , à quo non excusat immensus damnum notabile ; quid enim proderit homini si uni-

DICO :  
eo in  
CIO

DE NEGANDA VEL DIFFERENDA ABSOLUT. 189

versum mundum lucretur animæ vero suæ detrimentum patiatur?

Ut res evadat clarius, hoc potest ponи exemplum: peccator illicite vivat cum sc̄eminā parentibus orbatā, & omni ope humana destitutā, in hoc casu habet sc̄emina necessitatem moralem perlistendi in domo complicis, alias enim fame peribit; habet etiam moralem impossibilitatem tollendi periculum peccati & faciendi ex occasione proximā remotam: si enim, ut libenter vellet, non assentiat malæ voluntati complicis, eam certe è domo expellet, tenetur igitur sc̄emina ad assumendum remedium illud egrediendi è domo, etiamsi fame sit moritura. *Ratio est evidens:* homo enim tenetur ad evitandum peccatum mortale etiam cum periculo vitæ, sed sc̄emina in hoc casu peccat mortaliter, dum persistit in proposito peccandi contra castitatem, neque potest desistere ab illo proposito, nisi velegrediatur è domo, vel patiatur se expelli, in quo casu incurrit periculum pereundi fame; ergo tenetur ab illo proposito desistere egrediendo è domo vel patiendo se expelli, etiamsi fame sit peritura, neque sufficit in hoc casu, quod talis sc̄emina dicat & promittat, quod velit omni diligentia vitare peccatum, sed habet confessarius urgentissimum motivum judicandi, quod similis sc̄emina non habeat propositum efficax resistendi suo complici, si sponte nolit exire, nam cum illa videat se ex suâ resistentiâ certo esse expellendam, & tamen nolit ipsam exire, signum evidens est, quod velit persistere non solum in domo, sed etiam concubinatu, quare nullo modo est absolvenda, nisi prius domo egrediatur.

Q U A E S T I O N I I.

*An debeat pœnitenti credere?*

DICO: *Quia actus clavis requirit idoneitatem in eo in quem exercetur... ideo indiget iudicio discre-*

*discretionis, quo idoneitatem judicet. S. Th. in suppl.  
Q. 17. a. 3. O.*

*Explicatur & probatur: sacerdos nunquam debet absolvere, nisi judicet pœnitentem esse dispositum, quod judicium non ex solis verbis pœnitentis sed ex aliis signis moralem certitudinem facientibus debet formare, ex quibus sœpè confessarius habet aperta indicia insufficientis doloris & propositi emendandi aliaque obligatoria implendi vel insufficientis accusationis de peccatis, sed tunc, licet pœnitens afferat se doleat, se velle emendare, aliaque implere, non tenetur confessarius credere, ut per se patet, ergo.*

*Obj. Tota notitia, ex quâ confessarius in hoc tribunali procedit, hauritur ex dictis pœnitentis: est enim pœnitens in tribunali pœnitentiae simul reus accusator & testis, ergo debet confessario sufficere testimonium pœnitentis eique credere ad ferendum judicium.*

*R. Distinguendo ant. tota notitia hauritur ex dictis pœnitentis non aliunde suspectis Con. aliunde suspectis N. sœpe autem testimonium pœnitentis in propriâ causa suspectum habetur à confessario, dum aliunde ex sufficientibus indiciis appetat, rem aliter se habere, sacerdos igitur scrutari debet conscientiam peccatoris in confessione quasi Medicus vulnus & quasi judex causam; sicut igitur Medicus non credit infirmo, dum juxta regulas artis intelligit vulnus esse magis lethale, quam fateatur infirmus, nec judex credit testi, quem ex indiciis suspectum habet, ita nec confessarius potest aut debet semper credere pœnitenti.*

### Q U A E S T I O III.

*An & quando recidivus sit dimittendus?*

*R. Ecclivus est, qui postquam pœnituit, in idem peccatum reincidit. De hoc aliqui nimis laxè, alii nimis strictè sentiunt, pro sententiâ mediâ.*

DICO:

De  
DICO  
flenda non  
vel proposi  
simul dum  
iterum sefa  
a. 10. ad 4.  
Explico:  
cramentalis  
bens emend  
mittendus  
rem & effi  
cata morti  
censendi l  
rō minus  
pœnitens  
Dei natur  
bere requi  
cum pœnit  
ima P.  
poris, qui  
usque dum  
quia si po  
& salutaria  
ditur, illa  
apud Deum  
éati occasio  
randus, etia  
quodex habit  
denuo cecidit,  
rium imbecillit  
tudine remansi  
autem si pœnit  
re relapsum, si  
non satis intend  
argumenta sunt  
III. Partis 7

DE NEGANDA VEL DIFFERENDA ABSOLUT. 191

DICO: Pœnitere est anteacta peccata deflere, & flenda non committere: scilicet simul, dum flet, actu vel proposito: ille enim est irrisor & non pœnitens, qui simul dum pœnitit, agit, quod pœnitit, vel proponit, iterum se facturum, quod gessit. S. Th. 3. p. Q. 84. a. 10. ad 4.

Exptico: Cum omnis verè pœnitens sit capax Sacramentalis absolutionis, & econtra non verum habens emendationis propositum sine absolutione sit dimittendus: possint autem recidivi verum habere dolorem & efficax emendationis propositum, relapsi in peccata mortalia ejusdem vel diversæ speciei non semper censendi sunt carere dolore & propositio requisito, multo minus illi, qui semel tantum sunt relapsi. Attamen pœnitens habens consuetudinem peccandi contra legem Dei naturæ vel Ecclesiaz non semper censeri debet habere requisitum dolorem & propositum ad Sacramentum pœnitentiæ, etsi dicat se dolere.

ima Pars: Quæ est contra rigoristas hujus temporis, qui cuicunque relapso denegant absolutionem, usque dum peccatum plenè emendaverit. Probatur: quia si pœnitens ob peccata sua modestus remedia & salutaria consilia à sacerdote suggesta docilis amplectitur, illa bona fide exequitur, si precibus pro gratiâ apud Deum instet, si sedulus sit in removendis peccati occasionibus, est inter verè pœnitentes connumerandus, etiamsi iterum veniat cum aliquo peccato, in quod ex habitu pravo precedente, quem contraxit, denuo cecidit, hujusmodi enim lapsus potius est ex virtutum imbecillitate, quæ ex diuturnâ vitiorum consuetudine remansit, quam ex malâ voluntate; econtra autem si pœnitens non utitur opportunis remediis contra relapsum, si non removet occasiones peccandi, si non satis intendit vites, ut vitiorum jugum excutiat; argumenta sunt pravæ voluntatis non imbecillitatis.

DICO:

III. Partis Theol. Schol. suppl.

N

2da

*2da Pars explicatur & probatur: Consuetudinarius sive recidivus est, qui in eadem peccata mortalia saepius labitur atque eodem numero peccatorum onustus ad sequentes confessiones reddit, non quidem ob extrinsecas occasiones, de quibus recidivis jam dictum est Q. 1. sed ob intrinsecam ad peccata certi generis primitatem; atqui talis non semper est absolvendus sed potius dimittendus sine absolutione tum quia ita certum videtur post damnatam ab Innoc. XI. propositionem 60. Pœnitenti habenti peccandi contra legem Dei Ecclesiae & naturae consuetudinem, et si emendationis spes nulla appareat, nec est neganda nec differenda absolutione dummodo ore proferat se dolere & proponere emendationem. Tum quia hoc ipsum persuadet ratio: talis enim pœnitens frequentius accedit ad Sacramentum pœnitentiae, vel quia astringitur a superiore vel Domino, alias non accessurus, & in tali magnum est periculum, ne sit male dispositus; vel ex consuetudine singulis mensibus confitendi, & in tali etiam est magnum periculum, si eandem peccati mortalis speciem sine emendatione saepius afferat; vel denique ex dolore & indignatione propter relapsus suos concepta iterum pœnitentiae ac confessionis remedium querit, & talis potest esse benè dispositus, ad quod dignoscendum confessarius attendere debet: an hactenus aliquam curam vel conatum adhibuerit emendationis, an post proximam confessionem rarius, ac solebat, relapsus fuerit; an media adhibuerit, quæ ei a confessario contra recidivam præscripta fuerunt, an occasions peccandi fugerit; his attentis confessario nullo humano respectu præoccupato Deum præ oculis habenti & salutem pœnitentis desideranti dispositio pœnitentis vindetur vel bona vel mala vel dubia; si bona, debet ipsum absolvere, si mala, negare absolutionem, si dubia, diffidere; quia in primo habet certitudinem mo-*

xalem

De N  
talem de ha  
ti; in secun  
terio nullam  
Sacramenti,  
rens explicato  
videatur habe  
fistere & adhil  
Obj. 1. C  
sit, raro con  
tione, etli c  
his non pau  
plicati.

R. Prax  
do veleit i  
& timorato  
dentes absolu  
laniitate a  
tuis obrepere

Obj. 2. C  
sionem pecca  
corde & est si  
Sacramenti p  
fessario, eur  
nijens confite  
date, sive sit  
va (quantum  
sit indicium ca  
tantum signum

R. Constitu  
tie & fructuose /  
signa sunt conse  
cate possit, adesi  
ne det sanctum c  
talia autem sign  
tis,

L  
onfusudina.  
a mortalia *z.*  
rum onustus  
idem do *z.*  
jam dictum  
generis pro-  
lvendus sed  
a ita certum  
positionem  
em Dei Ec-  
culationis spes  
da absolu-  
emendatio-  
ratio: talis  
acramentum  
ore vel Do-  
gnum est pa-  
consuetudine  
iam est mag-  
alis speciem  
ue ex dolore  
cepta iterum  
erit, & talis  
gnoscendum  
aliquam cu-  
is, an post  
t, relapsus,  
fessario con-  
fessiones pe-  
lo humano  
benti & fa-  
nitentis vi-  
, deberip-  
in, fidu-  
linem mo-  
ralem  
ralem

DE NEGANDA VEL DIFFERENDA ABSOLUT. 193

talement de habilitate & dignâ administratione Sacramen-  
ti; in secundo est certus moraliter de opposito, in  
tertio nullam habet sufficientem certitudinem de valore  
Sacramento, ideoque ordinariè dimittendus est pœni-  
tens explicato periculo, in quo versetur; cum non  
videatur habere sincerum propositum, ut conetur re-  
sistere & adhibere remedia præscripta.

*Obj. 1.* Contrariam praxin: quandoquidem notum  
sit, raro confitentes à confessione redire sine absolu-  
tione, et si occurrant cuiusvis generis homines, & in  
his non pauci variis peccatorum consuetudinibus im-  
plicati.

*R<sub>2</sub>.* Praxin tunc esse tutam operandi regulam, quan-  
do vel est notoriè universalis Ecclesiae vel prudentum  
& timoratorum, qualis non est praxis quoslibet acce-  
dentes absolvendi, quæ vel ex imprudentia vel ex pusil-  
lanimitate aut timoris Dei defectu quibusdam confessio-  
nibus obrepere potuit.

*Obj. 2.* Contritio requisita ad obtainendam remis-  
sionem peccatorum in Sacramento pœnitentiae latet in  
corde & est soli Deo cognita; in quantum est materia  
Sacramento pœnitentiae proxima, satis innoescit con-  
fessario, eumque reddit securum per hoc, quod pœ-  
nitens confiteatur, & dicat, se dolere & velle emen-  
dere, sive sit consuetudinarius sive non, cum recidi-  
va (quantumcunque frequens) in eadem peccata non  
sit indicium carentiae requisitæ debitæ dispositionis, sed  
tantum signum inconstitutæ.

*R<sub>2</sub>.* Contritionem cordis esse necessariam ad dig-  
nè & fructuose suscipiendum Sacramentum, cunctis talia  
signa sunt confessario exhibenda, ut prudenter judi-  
care possit, adesse in corde requisitam contritionem,  
ne det sanctum canibus & Sacramentum Dei indignis,  
talia autem signa non sunt semper verba pœnitentia-

*Obj. 3.* Si quis primâ vice aliquod peccatum admisit, credere potest confessarius solis verbis pœnitentis, adesse sufficientem dispositionem; ergo etiam credi potest verbis consuetudiniorum.

*R<sub>2</sub>.* Negando conseq. quia de illo, qui tantum semel vel iterum ex fragilitate lapsus est, non est fundamentum præsumendi, ut est in memoratis consuetudinariis.

*Obj. 4.* Eo ipso, quod pœnitens valde desideret absolutionem, vel ægrè ferat differri absolutionem vel negari, signum est veræ pœnitentiæ; ergo confessarius talem absolvere potest, nihil ulterius indagando.

*R<sub>2</sub>.* Illud desiderium sæpè esse ambiguum: quia multi pœnitentes sibi imaginantur, quoscunque absolutos esse benè absolutos; multi ægrè ferunt dilationem absolutionis, ne coram hominibus pudore suffundantur, quibus forte suboriri potest suspicio, illos sine absolutione esse dimissos; alii flagitant absolutionem, ne sit necessitas redeundi ideoque quidquid ab iis exigit confessarius, oretenus pollicentur, veruntamen similes confitentes non tam se absolvere cupiunt, quam sacerdotem ligare, suam enim conscientiam non exiunt sacerdotis induunt, quamvis enim non debeat confessarius Sacramentum pœnitentiæ facere nimis onerosum pœnitenti, non debet tamen etiam illud & sibi & pœnitenti noxiū reddere.

*Obj. 5.* Ad minus saltem securè absolvī poterit consuetudinarius si sponte quærat confessionis remedium: si enim non haberet emendationis propositum, cur Sacramentum tam onerosum fusciperet & peccata sua sacerdoti enarraret?

*R<sub>2</sub>.* Quod multi peccantes volunt & nolunt à peccando recedere, vult & non vult piger Proverb. 13. Volunt se convertere, quia damnari metuunt; in ase-

etu noli  
pravis co  
cerdotes  
manæ fra  
tunt, ut a  
tis semper  
posse fieri

*Obj. 6*  
omnibus  
que sep  
ergo co  
re, si

*R<sub>2</sub>.* I  
peccato  
de offe  
autem /  
& satisf

*z. C*  
multiplic  
sine disti  
centiā fir  
tur adess  
adhibet

*Obj.*  
differatu  
revertant  
si absoluti

*R<sub>2</sub>.* Si  
nam daim  
fessarius,  
ram, at si  
acriora ren  
tuat, amb

*Obj. 8.*  
non est der

ad peccatum admis-  
solis verbis pœni-  
nem; ergo etiam  
um.

illo, qui tantum  
t, non est fun-  
moratis consue-

s valde desideret  
absolutionem vel  
ergo confessarius  
alterius indagan-

bicum: quia mul-  
toscunque absolu-  
erunt dilationem ab-  
udore suffundantur;

o, illos sine absolu-  
bsolutionem, ne si-  
uid ab iis exigit co-  
veruntamen simili-  
cipient, quam le-  
scientiam non exau-

tim non debeat con-  
facere nimis onero-  
etiam illud & sibi &

absolvi poterit con-  
sionis remedium:  
propositum, ca-  
et & peccata su-

& nolunt a pec-  
er Proverb. 13,

tuunt; in affe-  
ctu

**De NEGANDA VEL DIFFERENDA ABSOLUT.** 195  
etu nolunt, quia vitiis quasi glutine affixi adhaerent  
pravis consuetudinibus implicati, idcirco querunt sa-  
cerdotes præpostere discretos &, ut inquiunt, hu-  
manæ fragilitati se accommodantes, qui dum permit-  
tunt, ut ad tribunal pœnitentiæ cum iisdem ferè pecca-  
tis semper redeant, ansam præbent eis credendi so-  
posse fieri salvos sine morum correctione.

**Obj. 6.** Christus Apostolorum principi & in Petro  
omnibus confessariis præcipit, ut peccanti remittant us-  
que septuages septies, nunquam veniam denegent,  
ergo confessarius nunquam potest pœnitentem dimitte-  
re, si is absolutionem petat.

**R. 1.** Christum illo loco non agere de remissione  
peccatorum, ut reum coram Deo constituunt, sed  
de offensi, quæ ab homine homini infertur, hæc  
autem semper est remittenda proximo petenti **veniam**  
& satisfactionem offerenti.

**2.** Certum est, quod crima quantumcunque  
multiplicata & enormia hoc Sacramento remittantur  
sine distinctione, ita tamen ut revera semper resipis-  
centia firmoque proposito sit opus, quæ non credun-  
tur adesse in eo, qui vitam non emendat nec remedia  
adhibet ad peccata consueta in futurum vitanda.

**Obj. 7.** Experientia constat, quod si negetur vel  
differatur absolutio consuetudinariis, deinceps non  
revertantur, qui forte veniam peccatorum obtinuerint,  
si absoluti fuissent.

**3.** Si pœnitens se velit sponte præcipitare in æter-  
nam damnationem per viam, quam non adduxit con-  
fessarius, hic servat animam suam à damnatione libe-  
ram, at si duce sacerdote, qui peccatis connivet &  
acriora remedia non adhibet, pœnitens in interitum  
ruat, ambo simul ad inferos pergunt.

**Obj. 8.** Ob frequentem relapsum in eadem peccata  
non est deneganda absolutio: cum ipsa absolutio sit

efficax remedium contra frequentem relapsum, cum igitur Sacramentum pœnitentiæ sit institutum non solum ad remittenda peccata, sed etiam ad servandum deinceps pœnitentem, ne denuo cadat, ille, qui negat absolutionem, privat pœnitentem remedio omnium, quæ dari possunt, potentissimo, quo à peccando revocetur.

R. Certum esse per Sacramentum dignè suscepsum dari jus auxiliantis gratiæ, quâ à peccatis præservamur, ideoque suadendum peccatori se convertenti, ut sæpius hoc Sacramentum frequenter, at inveteratus malorum passim non recipit hos Sacramenti pœnitentiæ effectus, quia, cum careat vero dolore, non recipit Sacramentum.

Obj. 9. Si ad veram pœnitentiam requiratur notabilis emendatio peccatorum mortalium, quorum consuetudo inolevit, paucos fore pœnitentes absolutione dignos & sic nova induceretur praxis administrandi Sacramentum pœnitentiæ.

R. Verbis quæ Card. Bellarminus scribit in admonitione ad suum Nepotem Episcopum Theanensem: si quis velit in tuto salutem suam collocare, is omnino debet veritatem certam inquirere, & non respicere, quid multi hoc tempore dicant aut faciant, & si rei certitudo non possit ad liquidum apparere, debet omnino tutiorem partem sequi, & nullâ ratione, nullius imperio, nullâ utilitate temporali propositâ ad minus tutam partem declinare: agitur enim de summâ rei, cum de salute æternâ tractatur, & facillimum est conscientiam erroneam exemplo aliorum inducere & e modo conscientiâ non remordente ad eum locum descendere, ubi vermis non moritur & ignis non extinguitur.

Q. An dum confessarius judicat pœnitentem esse ritè dispositum possit adhuc absolutionem differre?

DE  
R. Si  
lutionis di  
cretè absolu  
lum judic  
autem non  
bus consi  
ram,

An  
D  
ICO  
el  
Proba  
inde esse  
qui integ  
rum hab  
rium jam  
occasione  
efficacia e  
confitent  
inventant  
mino aut  
specieten

Obj.  
num, es  
pœnitente  
ðum disp  
tale judici  
bet desum  
porest sube  
grave conf  
dam pecca

R. Neg  
ultima disp  
nitentis asse

DE NEGANDA VEL DIFFERENDA ABSOLUT. 197

R. Si attentis omnibus circumstantiis judicetur absolutionis dilationem profuturam, potest confessarius discrete absolutionem differre: quia confessarius non solum judicis, sed etiam medici officio fungitur, econtra autem non est differenda absolutio, quando omnibus consideratis judicat dilationem non profuturam.

Q U A E S T I O IV.

*An confessio sit sufficiens dispositionis signum?*

D ICO: Confessio potest esse etiam in eo, qui non est contritus. S. Th. in suppl. Q. 9. a. 1. O.

Probatur: Si confessio esset in solis contritis & proinde esset sufficiens dispositionis signum, ergo omnes, qui integrè confitentur, etiam sunt verè contriti sicutum habentes emendationis propositum; sed contrarium jam antè ostensum est in illis, qui nolunt deserere occasionem proximam peccandi, aut adhibere media efficacia emendandi pravam consuetudinem, hi enim confitentur vel ut aliquam qualicunque confessione inveniant conscientiæ quietem, vel ut obedient Dominum aut superiori præcipienti, vel ut cæteris fidelibus specietenus sese conforment.

Obj. Si confessio non sit sufficiens dispositionis signum, ex quo prudenter confessarius possit colligere pœnitentem esse ritè ad percipiendum absolutionis effectum dispostum, ergò nulla signa erunt sufficientia ad tale judicium: ultima enim dispositionis cognitio debet desumi ex ipsâ pœnitentis assertione, cui semper potest subesse falsum. Deinde non subiret pœnitens grave confessionis onus, nisi se disposuisset ad obtinendam peccatorum remissionem.

R. Negando sequelam: cuius probatio distinguitur; ultima dispositionis cognitio debet desumi ex ipsâ pœnitentis assertione, de quâ hic & nunc dubitandi habeatur

398 DISPUTATIO XXXVII.

tut prudens motivum N. si non habeatur tale motivum Con. & licet simpliciter & speculativè loquendo semper possit aliter esse ac pœnitens dicit, atamen practice & moraliter aliter esse non potest in JUDICIO CONFESSARI, si nulla in contrarium motiva, quæ assertionem pœnitentis infirmant, occurrant. Ad id quod additur, patet ex dictis priore Quæst. quare onus confitendi subeant sæpè etiam illi, qui ad effectum Pœnitentiæ dispositi non sunt.

DISPUTATIO XXXVII.

De Absolutione & Satisfactione.

**E**xercitium potestatis ligandi & solvendi Sacerdotibus concessæ exigit secundum dicta subiectum dispostum, quia verò illud Ecclesiae ordinatio subest, hinc potest hoc exercitium ampliari vel restringi in inferioribus Sacerdotibus, secundum quod videtur Ecclesiæ Prætatis. Deinde vi potestatis ligandi possunt ad opus pœnale obligari pœnitentes, ut secundum arbitrii Confessarii aliquam pro peccatis præstent satisfactionem, ut igitur reliqua de absolutione & satisfactione difficultates expandantur. sit

Q U A E S T I O . I.

An & qualiter moribundus nulla dans signa possit absolviri?

**M**Oribundus sensibus destitutus aut ante mortis periculum signa Pœnitentiæ edidit, aut præventus mortis periculo nulla exteriora signa, quæ circumstantibus adverti potuerunt, dare potuit; si signa pœnitentiæ ante vel in ipso periculo edidit illa aut fuerunt certa, aut probabilia, aut dubia; signa certa sunt, quæ ex natura sua ordinantur ad confessionem & Sacramentum Pœnitentiæ: ut si non

firmus